LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 27v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



Quesi effigiere velleris: subiectam pedibus vris terram contenereris
corpis statu saluo. Quod id circo rum accepistis: quo oculos atqs mete;
cum eo: qui fecit: conferre posseris: Contempnere aut & calcare terram
nihil aliud est: q̃ simulacra non adorare: quia de terra facta sunt: stem
dicas non concupiscere: voluptates corpis spernere: quas opes & corpus ip
sum cuius hospitio utimur: terra est: Vivum colite: ut iuuatis: Mo
riatur. H. nece est: qui se suamq; animam mortuis adiudicant:

III. Sed quid prodest ad uulgus & ad homines impios hoc modo
contionari: cum iudeamus & doctos & prudentes uiros: cũ
religionũ intelligant uanitatem: nihilominus tamen in his
ipsis: quae damnant: colendis nescio qua prauitate praestare: Intelligebat Cicero falsa esse: quae homines adorarent: Nam cum multa dixisset:
Cicero
que ad cũsionem religionum valerent: ut tamen non esse illa uulgo dis
putanda: ne suscepta publice religones disputatio talis extinguat: Qd
ei faciet: qui cum errare se sentiat: ultro ipse in lapides impingat: ut ppls
omnis offendat: ipse sibi oculos eruat: ut omnes caeci sint: qui nec de alis
bene merentur: quos patitur errare: nec de se ipso: qui alienis accedit erroribus: nec utitur tandem sapientiae suae bono: ut factis impleat: quod
mente pcepit: Sed prudens & sciens pedem laqueo inserit: ut simul cũ
caeteris: quos liberare: ut prudentior debuit: & ipse capiatur: Quam po
tius si quid tibi Cicero uirtutis est expenit pplin facere sapientem: digna
res est: ubi omnes eloquentiae tuae uires exeris: Non. H. verendum est:
Audi cicero vera.
ne te in tam bona causa deficiat oratio: qui sepe & malis copiose ac fortiter
defendisti: Sed mirum. Socratis carcerem times: sed eo q̃ veritatis suscipere non audes: At mortem: ut sapiens contempnere debuisti. & erat multo pulcrius: ut ob benedicta potius: q̃ ob maledicta moreretis: nec plus tibi
philippicae
laudis philippicae afferre potuerunt: q̃ discussus error generis humani.
& mentes hominum ad sanitatem tua dispositione reuocare: Sed cõcedamus timiditati: quae in sapiente esse non debet: Quid ergo ipse in eodem vsaris erroris: Video te terrena & manufacta venerari: vana esse intelligis: & tamen eadem facis: que faciunt ipsi: quos ipse stultissimos cõfiteris:
Quid igitur profuit uidisse te veritatem: quam nec defensuris esses: nec
sequituris: Si libenter erant hi: qui errare se sentiunt: q̃to magis uul
gus indoctum: quod pompis manibus gaudet: animisq; puerilibus spectat omnia: oblectatur floribus & specie simulacrorũ capitur. nec ponderare secum unamquamq; rem pot: ut intelligat nihil colendum esse: quod
oculis mortalibus cernitur: Quia mortale fit: nece est. nec mirandũ esse.